Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



79

sic euangelista dicit. tunc quando puer ihc in egypto fuit. et inde reduxit. impletum est illud. quod dictum est a domino per hunc prophetam. dicentem. ex egypto uocauit filium meum. audi quod sequitur. Vocauerunt eos. et sic abierunt a facie eorum. Baalim immolabant. et simulachris sacrificabant. Hic iam quarto peccata illius populi replicans. ad superiora tempora sermo recurrit. Sit ei sensus. Ego quidem uocauit te tempore filios israel ex egypto. at illi te non exierunt ex egypto preter quam paucissimos. Corpore quidem exierunt. sed animo non exierunt. Alii uocauerunt eos. et ipsi me contemnentes potius secuti sunt illos. Denique cum corpore ex egypto exirent usque adeo mente in egypto remanserunt. ut simulachris egiptiis sacrificarent. insuper et baalim immolarunt. Sed quidem iherobaal. qui et gedeon destruxit idolum baal. sed postea ad immolandum illi reuoluti. uocantur maxime regibus suis. et impia iezabel. et a facie illorum talitter abeundo. ne quaquam ex egypto se exisse testantur. qui peccata egiptia ni deseruerunt. Sit ego quasi nutricius efraim. portabam eos in brachiis meis. et nesciebant quod curarem eos. Mira dei potentia cui et paulus in actibus apostolorum meminit his uerbis. et per. xl. annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Presens locus quinuis breuiter magnifice satis innuit. Sit ego inquit quasi nutricius efraim. portabam eorum in brachiis meis. Sicut enim nutricius puerulum. qui nondum ad intelligibile etatem peruenit. sed nec discretionem ad huc habere potest bona ac mala patienter sufferit. et in fatuitates eius ineptias quinuis interdum commotus recuberat ad hibitis septies consolatur blanditiis. et quantulibet ingratum portat in brachiis. sic dnus ds qui hec loquitur populum rudem et spiritalia nesciente mysteria celestis regni dei patienter sustinuit. et quanuis multorum ceciliis corpora pertiteret in deserto. residuis tamen multis et magnis blandiebatur miraculis. circumducendo illos. et docendo ut moyses ait. et custodiendo. quasi pupillam oculi sui. Hoc est quod ait. et portabam eos in brachiis meis. Per brachia namque fortitudinem eorum que facta sunt miraculorum uult intelligi. Vnde scriptura cum dixisset. in duranque dnus cor pharaonis regis egipti. et persecutus est filios israel. continuo subiunxit. At illi egressi erant in manu excelsa. Sit psalmista. Sit eduxit israel in quid de medio ei in manu potenti et brachio excelso. Nec u ab re prenomen hic efraim expressit. cum hec una tamen tribus fuerat illius populi. sed quia maior in gratitudo tribus illius extitit in eo quod iheroboam de tribu efraim uitulos aureos fecit. recte gratiam eadem tribus denotat ubique que potiora sup ingratam gentem commemorantur beneficia dei. Sit nesciebant inquit quod curarem eos. Reuera nesciebant. intantum ut deus ipse quedam